

1563. i. 15. gbris Ex Ms. Bibl. Latus: n^o 244.

Sigismundo Augusto Regi Poloniae
Martinus Cromerus

Cum nihil huius nunc negotij geram, non est
magnopere quod, quod scribam mti v. R. 118

Nuncius Apostolicus, de quo scripsi
prius salutatis Ces: et R. Rom. mtibus
undecima die mensis huius Posonio disces:
sit, ante finem ejusdem, ut ipse ait, Var:
savia apud mtem v. R. affuturus, homo
non vulgaris, et alibi compluribus lega:
tionibus, cum laude defunctus. Equidem
spero eum gratum, et non injucundum
fore mti v. R.. D. Maxilla egrotus
admodum Vienna expectat missionem
a mte v. R. D. Laterciano dno. Lateros
donavi nuper ejusdem mtis v. nomine. Et
egit quidem gratias sed plus sperabat, spe:
ratq; etiamnum. Cupit autem et ipse nos:
se, quid se fiet deinceps, quando nihil huius
agitur, neq; spes est, actu iri. De me ipso
non repeto. Responsum expecto. A vene:
tis rursus orator novus ad gratulandum
S. Regi Roma: de coronatione Hungari:
ca missus est. Hodie Posonium ad vivitan:
dam Ces: mtem divertit, inde Regem Clo:
mucij consecuturus.

Luccinum audientiam habuisse apud pon:
tificem max: Roma et Tridento mihi
scribitur. Quid autem egerit non scribitur.
De discesu Rmi D. Rosnaniensis Neapoli:
nihil certi est adhuc. Non discedet opinor,
nisi rebus in tuto constitutis. De concilio
scripsi.

